UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlae Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

Regulæ Dispensatoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68329

Visual Library

REGVLAE
DISPENSATORIS.

1 IN rebus diſtribuendis ordinem Superioris ſequatur. & quamuis cõmuniter æqualitatem inter omnes ſeruare debet, habeat tamen infirmorum, & conualeſcentium rationem, prout ei fuerit præſcriptum. — *Quomodo res diſtribuet.* — *Infirmorum curã habeat.*

2 Vinum in menſa ponendum aqua temperabit, vbi, & quantum Superiori videbitur. — *Vinum.*

3 Quæ ex menſis ſuperſunt diligenter conſeruabit, memor paupertatis; vt & domeſticis, & externis pauperibus iuxta ordinem Superioris, vſui eſſe poſſint. — *Quæ ſuperſunt ſeruet.*

4 Curam habeat conſeruandi res ad victum neceſſarias, quæ ipſi committentur, clauſaſque cuſtodiat, aduertens ne corrumpantur: — *Res ad victũ neceſs. curet.*

tur: quod ſi corruptionis ſit periculum, Superiorem admoneat. Vt autem hæc melius obſeruet, viſitet ſæpe Penum, & alia loca, vbi illa reconduntur.

Munditiem curet.

5 Tam Penum, quam reliqua omnia, quæ in eo ſunt, munda habeat.

Cibi quando emendi.

6 Antequam penitus abſumantur cibi, qui domi reconduntur, Superiorem admoneat, vt alij coemi tempeſtiue poſſint.

Dolia purganda, &c.

7 Curet concinnanda dolia, & purganda, cum opus eſt ad nouum vinum infundendum: cuius rei cum tempus impendet, Superiorem admonebit.

RE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN